



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 1. Lutherus Rusticorum seditionis conscius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CXXX.

CLEMENS VII. PAPA.
CAROLUS V. OCCIDENTIS
IMPERATOR.

§. I.

*Lutherus Rusticorum seditionis
consciens.*

Interea Rusticorum rebellio, quam A-Sæcul. XVI.
nabaptistæ suscitaverant, nova indies A.C. 1525.
cepit incrementa: Ut vero illi sedi-
tionem suam quodam obtentu honesta-
Hist. Eccles. Tom. XXXV. A rent,

Sæcul. XVI A.C. 1525. rent, adversus Principes suos sæculares scriptum quoddam evulgarunt, in duodecim postulata, seu articulos distinctum, quod non sine magna temeritate Principibus æque ac Magistratibus obtulerunt.

§. II.

Scriptum Anabaptistarum in duodecim articulos partitum.

Arnold. *Meshov. hist.* *Anabapt. l. I.* *Chytr. Sax. l. II.* *Cochl. de act. & script. Luth. an. 1525.* *Sleid. l. 4. p. 12.8*

In eo igitur petebant I. ut sibi facultas esset eligendi Ministros Ecclesiæ, qui prout jactitabant illi, purum Dei Verbum absque ulla traditione humana edocerent, ac liberum esset eos officio suo ad libitum exuere: II. Decimæ tantum darentur ex frumento, in tres partes dividendæ, scilicet in usum eorundem Ministrorum, pauperum, & rei publicæ, ac quotannis a Viris ad hoc deputandis colligerentur. III. Liberi ita essent, ut solum obtemperarent Principum & Magistratum mandatis, quæ ipsimet honesta, & rationi consona censerent, eoquod omnes sanguine Christi in libertatem asserti essent. IV. Fas omnibus esset venari, & piscari, nisi Principes demonstrare possint, quod ejusmodi jura a locorum subditis legitimo emptionis titulo sibi vendicaverint. V. Sylvæ & saltus in omnes usus ad depellendum frigus, vel fabri-